


Latein-Buchtipps

4. August 2010, 16:03 Uhr

Codex Archimedis

Palimpsestos ille celeberrimus enodatur.



William Noel, Reviel Netz: "Der Kodex des Archimedes Das berühmteste Palimpsest wird entschlüsselt", C. H. Beck Verlag München 2007

Recensuit: Dr. Heinrich Fliedner

Archimedis opera tribus tantum codicibus nobis tradita sunt, quorum duo ante saecula amissa exemplaribus descriptis servati sunt. Tertius, qui est codex rescriptus, postquam semel initio saeculi vicesimi a viro docto Heiberg Constantinopoli inspectus et, quoad legere potuit, transcriptus est, evanuerat.

Qui idem anno duodebismillesimo a viro quodam Americano locupletissimo emptus et viris doctis traditus est, qui scripta Archimedis quam optime restituerent. Id quibus rationibus effectum sit et quales quaestiones ille mathematicus sibi proposuerit, docte et perite exponitur.

Apparet illum iam numerum computavisse, gravitationis theoriam instituisse, elementa stochastics attigisse, quae omnia multa post eum saecula denuo detecta sunt a viris doctissimis velut Galilei vel Newton vel Leibniz. Haec quamvis difficilia tam perlucide etiam hominibus mathematica non imbutis praebentur, ut dici possit: lector, intende: laetaberis.

Noel, W./ Netz, R.: "Der Kodex des Archimedes. Das berühmteste Palimpsest wird entschlüsselt." Beck, München 2007, 19.90 Euro

[Der Kodex des Archimedes](#) 

Das berühmteste Palimpsest wird entschlüsselt

Quelle: <http://www.radiobremen.de/nachrichten/latein/buchtipps/latein/kodesnoelarchimedes100.html>